

Mythologia, Venise, 1567 - V, 15 : De Priapo

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[57\] : De Priapo](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 15 : De Priapo](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 16 : De Priape](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 15 : De Priape](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - V, 15 : De Priapo, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 21/11/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/866>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ),

Res/4 Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 160r°-160v°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses [Priape](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

pellantes, tanquam Deos coluerunt, illisque templa, aras, sacerdotes, certas victimas, certum ceremoniarum ritum, instituerunt. Id vero, quod de filia Erichthonis dictum est, ita quidam interpretantur, ut Erichthon vir imprudens, rerumque suarum profusus fuerit: quippe cum omnia sua dilapidauerit ac ingurgitauerit, mox ob extremam rerum omnium inopiam filiam prostituerit, quæ modo bouem, modo quem pecunias in concubitus mercedem accipiens, modo res alias ab amantibus extorquens, ita paternæ inopix subueniebat. Atqui nullam ego satis idoneam horum fingendorum causam in hac explicatione inesse video, atque aliud quidpiam illustrius sub his latere iudico: cum præsertim illud Deæ ita propter contemptam eius religionem & cultum passus sit. Significare voluerunt sanè antiqui per hanc fabulam neminem, qui religionem Deorum immortalium contempserit, domesticas calamitates deuitare posse: quippe cum omnis improbitatis miserix sint comites. Deinde patet ex hac fabula imprudentem hominem necesse esse in multa scelera & incommoda incurrere: quippe cum Erichthon etià, ubi sua per luxuriam & crapulam profudisset, postea victum per tordes domesticas, & per turpitudinem sibi malis artibus comparare cogeretur. Quare, ut summatim dicam, & pietas in Deos immortales, & in rebus agendis prudentia, & in præsentibus bonis conseruandis parsimonia maxime viro bono est necessaria, quod per Erichthonis fabulam indicabatur. At Cereris fabula, & vniuersa quæ de illa conficta sunt, nihil aliud continebant, nisi satisfactionis rationem, & quo pacto frumenta crescerent, & qua diligentia in illis colligendis uti conueniret. At de Cerere satis, nunc de Priapo dicamus;

De Priapo,

Cap. XV.

Priapus, quem hortorum Deum esse antiqui crediderunt, è quibus parentibus ortus fuerit, non conuenit inter scriptores; siquidem alii Naiadis Nymphæ ac Dionysii filium fuisse tradiderunt, ut ait Strabo libro tertio decimo; alii non Naiadis, sed Chiones fuisse dicunt. Hunc natum fuisse in Lampſaco, ibique ciuitatem sui nominis condidisse memorant. Apollonius Venerem cum Baccho congressam fuisse scribit: deinde cum is ad Indicam expeditionem exiuiſſet, cum Adonide sæpius congressa Priapum concepit. Cum vero Dionysius reuerteretur, illi obuiam cum corona processit, illumque coronans sequi quidem noluit, quia puderet, quod nupſiſſet; at in Lampſacum recedens ibi parere decreuit. Tum luno capta Zelotypia simulans se opem ferre manu venefica vterum attigit, fecitque ut puerum deformem, & præ exteris incredibilem membri pudendi magnitudinem habentem pareret, quem Priapum nominauit. Id cum vidisset Venus, noluit illum capere ob membri magnitudinem, sed in Lampſaco reliquit. Huius deformitatem ita complexus est Archias in his carminibus;

Βαπτε ἰδὼν ἰσχυρὸν, ἰσὺν ἀπὸ τῆς ἑσπέρης.

Χαλῶν ἀδύκῃς ἡντορ, ἀντίβλην.

Φοβῆς, ἄνθρωπος, ὁ ἴσους ἀπολαύσας ἐν δακτύλῳ.

Ἐστὶν αὖτε ποταμὸς ὁντινὲς ἐν τῇ πόλει.

Littora paruos ego hic habito laxosa Priapus.

Nullaque cum mergis bella cruenta gero.

Distortus vultus, pes nullus: falce dolando

Piscator

Mythologia

Piscator talem sinxerit, aut melius.

- Deinde cum adoleuisset, pergratusque foret Lampfacenis mulieribus Lampfacenorum decreto ex agro Lampfaceno exulauit. Memoriae prodidit Eusebius in libro de Falsa Religione, Priapum aliquando cum vno ex illis ascellis, qui Bacchum in Indicam expeditionem proficiscentem trans quendam fluuium transvexere, de membri magnitudine decertasse, (fuit autem tanti id asellorum beneficium creditum, ut illi sint idcirco inter sidera relati, & alteri eorum concessum est ut loqui posset.) qui cum victus fuisset, victorem ob inuidiam occidit. Mansit deinde ea consuetudo in sacris, ut asinus Priapo, tanquam inuisum & inuidiosum animal immolaretur. Scripsit Quidius lib. primo Faistorum per solennitatem matris Deorum, ad quam omnes Dii conuenerant, post epulas lautissimas Priapum fuisse pudicitiae Vestis infidiatum. Nam cum Dii ceteri lufibus indulgerent, vestisque in molli herba somnum caperet, ab asino Sileni excitata fuit, ne vim Priapi pateretur: tum vero deteritus fuit ab inceptis Priapus, omnesque conciderunt infidias, & asinus ex eo tempore Priapo mactatus fuit in sacrificiis. Fuit portus Priapi nomine prope Dardaniam, & urbs ad mare sita; quibus in locis eximie Priapus colebatur. Postea cum nonnullis interiectis temporibus Lampfacenos grauisissimus pudendorum membrorum morbus inualisset, Dodonaeum oraculum adeuntes percontati sunt, an vllum esset eius morbi remedium. His responsum est morbum non prius cessaturum, quam Priapum in patriam reuocassent: id cum fecissent templa & sacrificia illi statuerunt, Priapumque hortorum Deum esse decreuerunt. Atque tot sunt de Priapo ab antiquis memoriae prodita. Priapus Naiadis & Dionysii filius dicitur, quia pro semine rerum naturalium capitur: Dionysius enim Sol est, aut calor, et Nais humor, ut dictum est, e quibus semina concipiuntur rerum naturalium. Quidam Chiones filium putarunt, quia album sit, & lacti vel niui simile rerum prope omnium semen: nam Graeci Chiona niuem vocarunt. Qui Veneris & Adonidis filium esse crediderunt, in idem denique relabuntur, solisque differunt nominibus. Fuerunt tamen nonnulli, qui Priapum nullum esse alium, quam Pana putauerint. Verum vel nominis ipsius etymologia indicat Priapum esse semen. Quod Veneris ipsum ob deformitatem in Lampfaco reliquit, nihil aliud significat, nisi res multas naturae esse necessarias, quas tamen ob turpitudinem natura occultauit: sic pudenda hominum uillis occultantur, & sunt in parte corporis occultiores; sic anum modo intra nates occuluit, modo sub caudarum integumento locauit, modo ita fecit occultum, ut in nonnullis eum dignoscere haud facile sit, ut in piscibus; modo non apparet omnino, ut in genere cochylionum, & testa interiorum. Nam cum deformia sint, & ab ipsa natura consulto abscondita illa membra, tum turpia sunt illorum officia, quamuis necessaria, idcirco & nos aliquando rei Veneris obscenitatem ita breuiter expressimus;

Nil amor est aliud, Veneris quam parua voluptas,

Quae simul expleta est, inficit ora rubor.

Deformis igitur & obscenus Priapus iure optimo fingitur, quia turpis est illa naturae actio; & quam nemo prorsus appeteret, nisi illam ceca suauitate natura resperisset. Ac nunc de Adoni dicamus.

De